

Deinde Commemoratio Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci Conf.:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terréna, triumphans, divítias cælo cón-didit ore, manu.

V. Signásti, Dómine, ser-vum tuum Francíscum.

R. Signis redemptionis nostræ.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui, frigescénte mun-

do, ad inflammándum cor-da nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Fran-cisci passiónis tuæ sacra Stigmata renovásti: concé-de propítius; ut ejus mé-ritis et précibus crucem jú-giter ferámus, et dignos fructus pœniténtiæ faciá-mus: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus: per omnia sâcula sæculórum.

R. Amen.

APPROBATIO

Concordat cum originali approbato.

Wratislaviæ, die 29 Martii 1940

A. CARD. BERTRAM

Archieppus Wratislaviensis.

IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 4 Aprilis 1940

v. n.

DR. DOEBERL

OFFICIA PROPRIA
SANCTORUM
DIECESIS PADERBORNENSIS

PARS AUTUMNALIS



RATISBONÆ ET ROMÆ

SUMPTIBUS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET

S. SEDIS APOST. ET S. RIT. CONGR. TYPOGR.

NEO EBORACI ET CINCINNATI: APUD FR. PUSTET & CO.

MCMXV

Approbatio

Concordat cum Originali.

Paderbornæ, die 29 Augusti 1915

(L. S.)

✠ **Carolus Josephus,**
Episcopus Paderborn.

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 4 Septembris 1915

Dr. Scheglmann Vic. Gen.

KALENDARIVM PERPETVVM

Omnia ut in Calendario universalis Ecclesiæ, exceptis diebus infra descriptis:

September

*4 B. Idæ Viduæ, simplex.

October

*3 Ss. Fratrum Ewaldorum Mm., simplex.

5 S. Meinolphi Conf., duplex. Com. Ss. Placidi et Socior. Mm.

25 Reductio Reliquiarum S. Liborii Ep. et Conf., duplex majus. Com. Ss. Chrysanthi et Dariæ Mm.

November

7 S. Engelberti Ep. et Mart., duplex. Com. Octavæ Omnium Sanctorum.

12 In Ecclesiis consecratis Diœcesis, excepta Cathedrali, Dedicatio propriæ Ecclesiæ, duplex I classis cum Octava communi. Com. S. Martini I Papæ et Mart.

19 S. Elisabeth Viduæ, duplex II classis. Com. S. Pontiani Papæ et Mart. In Ecclesiis consecratis Diœcesis, excepta Cathedrali, Commemoratio diei Octavæ Dedicacionis propriæ Ecclesiæ.

OFFICIA PROPRIA DIOECESIS PADERBORNENSIS

PARS AUTUMNALIS

Die 4 Septembris

B. Idæ Viduæ

Simplex

Oratio (de Communi)

Exaudi nos, Deus, salutaris noster: ut, sicut de beatæ Idæ festivitâte gaudemus; ita piâ devotiônis erudiâmur affectu. Per Dóminum.

Lectio iii

Bernârdus, clarissimi illius majóris domus Cároli Martell filius idémque Cároli Magni pátruus, beatæ Idæ fuit pater, qui filiam religiosissime educâtam Egbérto cômiti ex illústri quadam Westfalórum gente oriúndo dedit uxórem. Egbértus sponsam suam Hovestádium, qui locus in pago Dreni ad Lúppiæ flúminis ripam si-

tus est, tradúxit, ubi Ida marito in amóre et fidelitâte conjuncta uxóris matrisque múnere laudabilissime fungebâtur. Egbérto pie defúncto, Ida vidua ad ecclésiâ Herzfeldensem, quam ópibus suis constrúxerat, transgréssa officiis pietátis erga Deum, severitátis in se, caritátis proximórum vacâre non déstitit, donec pridie nonas Septémbris circa annum octingentésimum vigésimum quintum ánimam multis virtútibus ornâtam réddidit Creatóri. Sacras ejus reliquias Duódo, décimus Monasteriënsis ecclésiæ episcopus, e túmulo elevávit atque pópulo coléndas propósuit.

Te Deum laudámus.

Die 3 Octobris
Ss. Ewaldorum

Martyrum

Simplex

Ant. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad præmia regni, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

V. Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio

Sanctórum Mártyrum tuórum Ewaldórum nos, Dómine, fóveat pretiósa conféssio: et pia júgiter intercéssio tueatur. Per Dóminum.

Lectio iii



xémplum sancti Willibrórdi ejúsque sociórum secúti duo quidam presbyteri de natióne Anglórum orti sáculo séptimo verténte Saxonum in terram venérunt, si forte filios regni cælórum ibi prædicándo acquirerent. Utérque appellabátur Ewál-

lus, ita tamen ut pro diversa capillórum specie alter niger, alter albus Ewáldus nominarétur. Verbum Dómini cum aliquibus locis jam seminásent, fácite intellexérunt se nihil consúltius ágere posse, quam si unum alterúmve gentis Saxónicæ principem ad doctrinam tráherent christíanam. Itaque rústicum quemdam, in cujus hospítium intráverant, rogavérunt, ut accéssum sibi paráret ad principem vicinórum pagórum. Sed incolæ cum vidérent eos hymnis, psalmis, oratióibus vacáre et quotidie Deo sacrificium victimæ salutáris offerre, atque timérent, ne apóstoli illi principem a pátria religióne averterent, súbito corréptos crudéliter occidérunt. Pássio famulórum Christi est die tértia mensis Octóbris. Córpora eórum in eccléssia sancti Cunibérti Coloniénsi colúntur.

Te Deum laudámus.

Die 5 Octobris
S. Meinolphi
Confessoris

Duplex

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui nos ánnua sancti Meinólphi Confessoris tui solemnitate lætíficas: concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Et fit Com. Ss. Placidi et Socior. Mm.:

Ant. Istórum est enim regnum cælórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad præmia regni, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

V. Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártyrum

tuórum Plácidi et Sociórum ejus natalítia cólere: da nobis in æténa beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv



um Cárolos Magnus Saxónicam gentem victricibus súbigit armis, natus est sanctus Meinólphus parentibus non minus opum affluéntia quam natálium splendóre in Westfália tunc spectatíssimis. Adolescéntem, annos áliquot jam patre e vivis exémpto, Wichtrúdis mater duxit ad Cároolum Magnum, qui veniéntem suáriter compléxus primo salutáribus undis jussit áblui impósito Meinólphi nómine; deinde eum ætáte magis provéctum in disciplinam dedit urbis Paderánæ episcopo. Ibi litterárum perinde ac virtútum stúdio gnáviter expólitus, post peráctos scholárum labóres étiam terréni honoris desidéria pósuit, Deo magis servíre cúpiens quam vanitáti hujus mundi.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætérnam. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Collégio adscriptus canonicórum et sacro diaconátus órdine initiátus, perpétuus exínde comes adhásit beáto Badurádo, secúndo Paderbornénsium episcopo, ut, quod in ipso sanctitátis et exemplórum cérneret, sollérter excéptum ánimo suis móribus imitádo exprimeret. Jam vero cum Badurádo corpus sancti Libórii in ecclésiám et diocésim Paderánam inferéndum curáret, deligúntur ad opus et iter istud viri de clero Paderáno varíi atque inter álios étiam sanctus Meinólphus, ejúsdem ecclésiæ, ut perhibétur, archidiaconus. Qui Cenómánus profécti reliquias sancti Libórii ab Aldrico, ejus tunc urbis episcopo, impetrant, pie in pátriam

tránsferunt, prosequénte eos univérso clero et imémensa pópuli accuréntis frequéntia in urbem nostram et basilicam introducunt.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícá fidei, et ornávit eum. **Et.**

Lectio vi

Divini amóris igne accénsus Christo Dómino non solum in ánimo suo gratum hospitium dare satagébat, sed et templum et monastérium strúere constituit, ubi idem Dóminus noster inter persónas in suo nómine congregátas médius sacratíorem sedem perpétuo cáperet. In fundo igitur patérno suo monastérium, quod adhuc Bøddecense dicitur, pósuit, in quo virgines Deo sacræ divinis in obséquiis vitam religiósè perágerent. Plúrimis dénique pro Deo et Ecclésiá exantlátiis labóribus, ætáte ac méritis gravis migrávit ad Dómi-

num die quinto Octóbris. Monastérium Bøddecense initio sáculi décimi quinti tráditum est canónicis reguláribus congregatiónis Windesheiménsis, qui fidéli animárum zelo úberes fructus cælórum regno reportavérunt. Corpus vero sancti Meinólphi Paderbórnám in ecclésiám Bustorfíanam póstea translátum perpétua et pia veneratióne a fidélibus cólitur.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cæléstia regna. **Quia. Glória Patri. Quia.**

In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii
secundum Lucam

Lectio vii Cap. 19, 12-26

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere

sibi regnum, et revérti. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi

Liber 2 quæst. Evang.
quæst. 46



egio longinqua Ecclésiá géntium usque ad fines terræ. Revérti se tamen dicit: ábiit enim, ut plenitúdo géntium intráret: revertétur, ut omnis Israél salvus fiat. Per decem mnas legem significat, propter decalogum; decem autem servos, quibus sub illa pósitis grátia prædicáta est. Sic enim intelligéndum est eis dantas mnas ad usum, cum intelléxerint, eam ipsam legem, remoto velámene, ad Evangelium pertinere. Cives ejus, qui post eum misérunt legationem, dicétes: se nolle, ut regnet sibi, Judæi sunt, qui prædicationem Evangelii respúerunt.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operátus est, et de omni corde suo laudávit Dóminum: * Ipse intercédát pro peccátis ómnium populó-

rum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia sua. **Ipse.**

Lectio viii

Quod autem paulo post servi reddentes rationem ex eo, quod acciperant, laudantur, quia lucrati sunt, significat eos bonam reddere rationem, qui bene usi sunt eo, quod acceperunt ad augendas divitias Domini, per eos qui credunt in eum. Quod qui facere nolunt, in illo significati sunt, qui mnam suam in sudario servavit. Mensam, cui danda erat pecunia, professionem ipsam religionis accipimus, quae tamquam publice proponitur ad usum necessarium salutis.

R. Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. **Et. Gloria Patri. Et.**

Pro Ss. Martyribus:

Lectio ix

Placidus Romae, Tertullo patri in primis nobili natus, puer Deo oblatus, et sancto Benedicto traditus, tantum ejus disciplina et monasticae vitae institutis profecit, ut inter praecipuos illius discipulos numeretur. Ab eo in Siciliam missus, monasterium et ecclesiam in honorem sancti Joannis Baptistae prope Messanae portum construxit, ubi cum monachis admirabili sanctitate vixit. Ejus visendi causa cum eo venissent Euty chius et Victorinus illius fratres, et Flavia virgo soror, eodem tempore illuc appulit immans quidam pirata, Manucha nomine: qui capto monasterio, cum Placidum et ceteros nullo modo adducere potuisset, ut Christum negarent, ipsum fratresque illius ac sororem crudeliter necari iussit. Cum quibus etiam Donatus, Firmatus diaconus, Faustus, alique triginta monachi, martyrii agninem feliciter consummarunt, tertio Nonas Octo-

bris, anno salutis quingentesimo trigesimo nono. **Te Deum laudamus.**

Ad Laudes fit Com. Ss. Martyrum:

Ant. Vestri capilli capti omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus meliores estis vos.

V. Exsultabunt Sancti in gloria. **R.** Laetabuntur in cubilibus suis.

Oratio Deus qui nos concedis, **ut supra.** 7*

Vesperae a Capitulo de sequenti, Com. praecedentis.

Die 25 Octobris

In Reductione Reliquiarum S. Liborii

Duplex majus

Oratio

Omnipotens sempiternus Deus, qui Ecclesiam tuam in confessione sancti nominis tui solidasti: praesta, quaesumus; ut, quae sancti Liborii Confessoris tui atque Pontificis annua recolit solennia, ejus apud te suffragiis ab omni mereatur adversitate liberari. Per Dominum.

Deinde Com. Ss. Chrysanthi et Dariae Mm.:

Ant. Istorum est enim regnum caelorum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad praemia regni, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

V. Laetamini in Domino, et exultate, justi. **R.** Et gloriamini, omnes recti corde.

Oratio

Beaatorum Martyrum tuorum, Domine, Chrysanthi et Dariae, quaesumus, adsit nobis oratio: ut, quos veneramur obsequio, eorum pium iugiter experiamur auxilium. Per Dominum.

In II Nocturno

Lectio iv

Quostquam sacrum corpus sancti Liborii Cenomanorum Episcopi multis prodigiis praclarum octo fere saeculorum spatio in aede cathedrali Paderbornensi quievit, anno reparatae salutis vigesimo secundo supra millesimum sexcentessimum, quarto Kalendas Februarias, heterodoxo captis quibusdam oppidis vicinis etiam

hanc urbem occupaverunt. Qua occasione cum ecclesia illa fœde diriperetur, venerandæ exuviae ex argentea tumba, quam impii violatores disruptam in nummos postea converterunt, extractæ vilique mappa involutæ per varia loca delatæ sunt. Violationis vero auctor ejusque cœpiæ paulo post multis illatis cladibus graves pœnas luèrunt.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocèbit ei. **Manus.**

Lectio v

Pretiosus óssium thesaurus a Ferdinãdo, ecclesiæ et Coloniensis et Paderbornensis tunc præsule, et a canonicis Paderbornensibus sèdulo conquisitus tandem Neovillèrii, quod est in Lotharingia castrum, apud Ottonem Philippum, comitem Silvæ ac Rheni, repertus est, qui eum a raptoris manu vindicatum àulico in sacèllo colendum servabat. Unde feliciter

receptæ sacre reliquiae decimo septimo Kalendas Julias anno ejusdem sæculi vigésimo tertio Marienforesti prope Bonnam in Brigittini ordinis cœnobio custodiendæ sunt recõditæ, ubi ob miserarum rerum et tæporum vices in quartum annum detentæ sunt.

R. Põsui adjutõrium super potèntem, et exaltavi elèctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

Lectio vi

Erroribus Lutheranis tandem Paderbornæ pènitus extinctis pretiosum pignus ad arcem Neuhusanam reductum est. Anno deinde vigésimo septimo præfati sæculi, dominica omnium Sanctorum festivitatem præeunte novæ urnæ magnificentissime elaboratæ inclusum cum universi populi votis ac laudibus in urbem relatum est et pristinae venerationi in cathedrali ecclesia restitutum. Cujus rei memõria

solèmnis prædicta Dominica recurrente ecclesiastico officio quotannis celebrari cœpit et beati patroni cultus novum accèpit aspirante Dei gratia incrementum.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus replèta est: * Ipse intercèdat pro peccatis omnium populõrum. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. **Ipse. Glõria Patri. Ipse.**

In III Nocturno Homilia in Evangel. Homo pègre, de Communi Conf. Pont. 1 loco.

Pro Ss. Martyribus:

Lectio ix

Chrysanthus et Daria conjuges, nobili genere nati, fide etiam clariores, quam Daria, mariti opera, cum baptismo suscepèrat; Romæ innumerabilem hominum multitudinem, hæc mulierum, ille virorum, ad Christum convertèrunt. Quare Celerinus præfectus comprehensus tradidit Claudio tribuno: qui jussit a militibus Chrysanthum vincitum cruciatibus torqueri;

sed vincula omnia resoluta sunt; mox compedes, in quos conjectus fuerat, confracti. Deinde bovis corio inclusum, in ardentissimo sole constituunt; tum pedibus ac manibus catena constrictis, in obscurum carcerem detrudunt: ubi solutis catenis, clarissima lux locum illustravit. Daria vero in lupanar compulsa, leonis tutela, dum in oratione defixa est, a contumelia divinitus defensa est. Denique in arenariam, quæ est via Salaria, uterque ductus, effossa terra, lapidibus obruti, parem martyrii coronam adepti sunt.

Te Deum laudamus.

In Laudes fit Com. Ss. Martyrum:

Ant. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus meliores estis vos.

V. Exsultabunt Sancti in gloria. **R.** Laetabuntur in cubilibus suis.

Oratio Beatorum Martyrum, ut supra. 11*

In II Vesperis Com. sequentis.

Die 7 Novembris
S. Engelberti
Episcopi et Martyris

Duplex

Oratio

Deus, pro cuius Ecclesia gloriósus Póntifex Engelbértus gládius impiórum occúbuit: præsta, quæsumus; ut omnes, qui ejus implórant auxiliúm, petitiónis suæ salutárem consequántur effectum. Per Dóminum.

Et fit Com. Octavæ:

Ant. O quam gloriósum est regnum in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amícti stolis albis sequúntur Agnum quocúmque ierit.

V. Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Lætabúntur in cubilibus suis.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári: quæsumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv



ngelbértus, Engelbérti de Monte cómitis filius, natus est anno circiter millésimo centésimo octogésimo quinto. In schola Coloniénsi diligénter eruditus jam ab ineúnte atáte prudéntem se præbuit et amábilem, húmilem valde et liberálem. Post ingéntes Adólphi et Theodoríci, quondam archiepiscopórum Coloniénsium, turbas Engelbértus anno millésimo ducentésimo décimo sexto die último Februárii archiepiscopus est eléctus. Longum est enumeráre, quam sevére et strénue perturbatiónem ómnium rerum sanáre studérit. Bona Ecclesiæ tempóribus illis turbulentíssimis pérdita recuperávit; justitiam in dies misérrime vexátam fórtiter deféndere non intermísit; víduis opprèssis aliisque miseris opem ferre parátus semper fuit; exórta fame magnam fruménti cópiam ad sustentándos páuperes comparávit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætérnam. **V.** Descenditque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit eum. **Et.**

Lectio v

Reformándis fidélium móribus inténtus multa utiliter instituit frequentésque sýnodos convocávit. Dominicános et Franciscános id témporis Colóniam veniéntes benígne excépit et a malevolórum invídiá níxe deféndit. Sacerdótibus suis in obséquo Christi caritátem vere patérnam obtulit, cum labóres eórum suos esse judicáret; esuriéntibus victum præbuit, nudos vestívit. Quin et império Románo curam adhibuit nobilíssimam, cum a Friderico secúndo imperatóre Henrici filii tutor et impérii provisor constitútus púerum regem educávit ut filium, honorávit ut dóminum, pópulum autem ei in fide continuit et tantam fecit

ubique pacem, ut teste Cæsário, mónacho Heisterbacénsi, Augústi témpora créderes rediisse.

R. Desidérium animæ ejus tribuísti ei, Dómine, * Et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam præveniísti eum in benedictiόνibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus coronám de lápide pretiósio. **Et.**

Lectio vi

Vix annum ætátis agens quadragésimum defénsor hic afflictórum et málleus tyrannórum coróna martýrii a Deo dignátus est. Nam cum Fridericus de Isenburg ad Ruram comes, Engelbérti fratris filius, cenóbium Essendiénsis, cujus erat advocátus, péssime vexáret, archiepiscopus pacis componendæ causa eum ádiit ac sério admónuit, ut a vexatióne cessáret. Qua intercessiône Fridericus se commótum pérfide simulans, Engelbértum, cum ad dedicándum templum Swelménse porro profectúrus esset, ali-quámdu comitátur. Sed

sicarii ab impio cômite in insidiis pòsiti Sanctum oppresserunt et crudelissime percussérunt ádeo, ut quadraginta septem vulneribus confectus corrúeret. Ita gloriósus libertátis Ecclesiæ martyr séptimo Idus Novémbris anno millésimo ducentésimo vigésimo quinto sub crepúsculum vespertinum in manus Creatóris sui ánimam réddidit.

R. Stola jucunditátis induit eum Dóminus: * Et coronam pulchritúdinis pòsuit super caput ejus. **V.** Cibávit illum Dóminus pane vitæ et intelléctus: et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum. **Et.** Glória Patri. **Et.**

In III Nocturno Homilia in Evangel. Si quis venit, de Communi unius Mart. I loco.

Ad Laudes pro Commemoratione Octavæ:

Ant. Te gloriósus Apostolórum chorus, te Prophetárum laudábilis númerus, te Mártyrum candidátus laudat exércitus, te omnes Sancti et elécti voce confiténtur unánimes, beáta Trinitas, unus Deus.

V. Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Lætábuntur in cubilibus suis.

Oratio Omnipotens, ut supra. 14*

Die 12 Novembris

In Ecclesiis consecratis Diocesis, excepta Cathedrali:

In Anniversario Dedicacionis propriæ Ecclesiæ

Duplex I classis cum Octava communi

Omnia de Communi Dedicacionis Ecclesiæ ut in Breviario.

Ad Laudes fit Com. S. Martini I Papæ et Mart.:

Ant. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

V. Justus ut palma florébit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Oratio (de Communi)

Deus, qui nos beáti Martini Mártyris tui atque Pontificis ánnua solemnitate lætíficas: concede propítius; ut, cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

In Vesperis Com. sequentis.

Die 19 Novembris S. Elisabeth Viduæ

Duplex II classis

In I Vesperis Com. præcedentis.

In Ecclesiis consecratis Diocesis, excepta Cathedrali, Com-

memoratio diei Octavæ Dedicacionis propriæ Ecclesiæ in utrisque Vesperis et Laudibus.

Ad Laudes tantum Com. S. Pontiani Papæ et Mart.

In II Vesperis Com. sequentis.

Index alphabeticus

	pag.
Dedicationis propriæ Ecclesiæ Anniversarium, duplex I classis cum Octava communi. 12 Nov.	16*
Elisabeth Viduæ, duplex II classis. 19 Nov.	17*
Engelberti Ep. et Mart., duplex. 7 Nov.	14*
Ewaldorum Mm., simplex. 3 Oct.	6*
Idæ Viduæ, simplex. 4 Sept.	5*
Liborii Reductio Reliquiarum, duplex majus. 25 Oct.	11*
Meinlphi Conf., duplex. 5 Oct.	7*

INDEX

INDEX PSALMORUM NUMERICUS

Deus in excelsis	31	21	3	Dulcis et decorus	113	
Quare fremens uni-	32	34	11	Oratio mat.	113	
Domine, quid	33	35		Inter me	114	
Gum invocavit	31	28	1	Domine, Domine	115	
Verba mea	34	27		Expandi Domine	116	
Domine, quid fecerit	35	29		Ad te Domine	117	
Deus, quid fecerit	36	31		Afflicti Domine	118	
Ad te invocavit	37	32		Exaltabo te	119	
Deus, quid fecerit	38	33		In te Domine	120	
Deus, quid fecerit	39	34		Miserere mei Domine	121	
Deus, quid fecerit	40	35		Quam angustia	122	
Deus, quid fecerit	41	36		Beati quorundam	123	
Deus, quid fecerit	42	37		Esperate, iusti	124	
Deus, quid fecerit	43	38		Beata gens	125	
Deus, quid fecerit	44	39		Benedicam vobis	126	
Deus, quid fecerit	45	40		Verite, fili	127	
Deus, quid fecerit	46	41		Indica Domine	128	
Deus, quid fecerit	47	42		Emergite iusti	129	
Deus, quid fecerit	48	43		Unificabit	130	
Deus, quid fecerit	49	44		Offert iustus	131	
Deus, quid fecerit	50	45		Non commiseri	132	
Deus, quid fecerit	51	46		Miserere mihi	133	
Deus, quid fecerit	52	47		Quia iusti	134	
Deus, quid fecerit	53	48		Domine, ex in futuro	135	
Deus, quid fecerit	54	49		Amici mei	136	
Deus, quid fecerit	55	50		Deus, exultationem	137	
Deus, quid fecerit	56	51		Expectans	138	
Deus, quid fecerit	57	52		Amplius	139	
Deus, quid fecerit	58	53		Contaminatus	140	
Deus, quid fecerit	59	54		Beatus qui	141	
Deus, quid fecerit	60	55		Quam dicitur	142	
Deus, quid fecerit	61	56		Ad papam	143	
Deus, quid fecerit	62	57		Indica mi	144	
Deus, quid fecerit	63	58				
Deus, quid fecerit	64	59				
Deus, quid fecerit	65	60				
Deus, quid fecerit	66	61				
Deus, quid fecerit	67	62				
Deus, quid fecerit	68	63				
Deus, quid fecerit	69	64				
Deus, quid fecerit	70	65				
Deus, quid fecerit	71	66				
Deus, quid fecerit	72	67				
Deus, quid fecerit	73	68				
Deus, quid fecerit	74	69				
Deus, quid fecerit	75	70				
Deus, quid fecerit	76	71				
Deus, quid fecerit	77	72				
Deus, quid fecerit	78	73				
Deus, quid fecerit	79	74				
Deus, quid fecerit	80	75				
Deus, quid fecerit	81	76				
Deus, quid fecerit	82	77				
Deus, quid fecerit	83	78				
Deus, quid fecerit	84	79				
Deus, quid fecerit	85	80				
Deus, quid fecerit	86	81				
Deus, quid fecerit	87	82				
Deus, quid fecerit	88	83				
Deus, quid fecerit	89	84				
Deus, quid fecerit	90	85				
Deus, quid fecerit	91	86				
Deus, quid fecerit	92	87				
Deus, quid fecerit	93	88				
Deus, quid fecerit	94	89				
Deus, quid fecerit	95	90				
Deus, quid fecerit	96	91				
Deus, quid fecerit	97	92				
Deus, quid fecerit	98	93				
Deus, quid fecerit	99	94				
Deus, quid fecerit	100	95				
Deus, quid fecerit	101	96				
Deus, quid fecerit	102	97				
Deus, quid fecerit	103	98				
Deus, quid fecerit	104	99				
Deus, quid fecerit	105	100				
Deus, quid fecerit	106	101				
Deus, quid fecerit	107	102				
Deus, quid fecerit	108	103				
Deus, quid fecerit	109	104				
Deus, quid fecerit	110	105				
Deus, quid fecerit	111	106				
Deus, quid fecerit	112	107				
Deus, quid fecerit	113	108				
Deus, quid fecerit	114	109				
Deus, quid fecerit	115	110				
Deus, quid fecerit	116	111				
Deus, quid fecerit	117	112				
Deus, quid fecerit	118	113				
Deus, quid fecerit	119	114				
Deus, quid fecerit	120	115				
Deus, quid fecerit	121	116				
Deus, quid fecerit	122	117				
Deus, quid fecerit	123	118				
Deus, quid fecerit	124	119				
Deus, quid fecerit	125	120				
Deus, quid fecerit	126	121				
Deus, quid fecerit	127	122				
Deus, quid fecerit	128	123				
Deus, quid fecerit	129	124				
Deus, quid fecerit	130	125				
Deus, quid fecerit	131	126				
Deus, quid fecerit	132	127				
Deus, quid fecerit	133	128				
Deus, quid fecerit	134	129				
Deus, quid fecerit	135	130				
Deus, quid fecerit	136	131				
Deus, quid fecerit	137	132				
Deus, quid fecerit	138	133				
Deus, quid fecerit	139	134				
Deus, quid fecerit	140	135				
Deus, quid fecerit	141	136				
Deus, quid fecerit	142	137				
Deus, quid fecerit	143	138				
Deus, quid fecerit	144	139				
Deus, quid fecerit	145	140				
Deus, quid fecerit	146	141				
Deus, quid fecerit	147	142				
Deus, quid fecerit	148	143				
Deus, quid fecerit	149	144				
Deus, quid fecerit	150	145				